

RECTOR, ACADEMIÆ GIESSENÆ,
LVDOVICVS VII. HASSIÆ LANDGRAVIUS
 PRINCEPS HERSFELDIAE, COMES IN CATTIMELIBO-
 CO, DECIA, ZIEGENHAINA, NIDDA, SCHAUENBURGO, YSFNB. & BUDINGA, &c.
 OMNIBUS OMNIUM FACULTATUM
 S T U D I O S I S
 Clem. & Favorem!



Annus Seneca Epist. XXIX. suo Lucilio de Marcellini quarenti studii, responsum dedit; Rarò ad nos venit, nulla alia ex causa, quàm quia verum audire timet, à quo periculo jam abest, nulli nisi audituro dicendum est. Hoc si prudentis effati ad docentium labores applicaveris, sciscitaturò, de conatibus Academicis publicis hunc in modum obloquendo reddideris: Rarò ad nos veniunt Professores, nulla alia ex causa, quàm quia, ut justum est, docere fastidiunt. A quo periculo fastidior, jam abest, quia multi nescium alacritate docturi, studium sunt. Eum salsum repositurum vel reposuisse fortè, presens Lektionum futurarum astrarum demonstrabit delineatio, quam non verbis saltem immanter depictum, verum operà adimpletum in omni ope & industria, prout Deus ipsis vitam concesserit, & vires, nitentur singuli. Illi autem viderint, quorum maxime interest, inò quorum grati, à hac publicatio institui solet, ne id quod supra contra Diogenem aliosq. Cynicos dictum est, in illos, tanquam optimi instituti & conatus vel contemptores vel neglectores retorqueatur! Siquidem ex Professum fortè ordine, qui, sicut experti sunt, ita interrogati de hujus vel illius studiis, publicarumq. Lektionum frequentatione, verè respondebunt: Rara avis, rarò ad nos venit, nulla alia ex causa, quàm quia nec melior, nec doctior fieri exoptat: Quicquid autem sit querelarum aut gravaminum, spargenda est manus, bonos deim profuturos non dubitandù, nec fieri potest, quin aliquando succedat, multa tentanti. Artes ut certum petunt, profecturos eligunt, & ab his quos desperarunt, recedunt, ita nec citò desunt, sed in ipsa extrema desperatione extremare remedia tentant, ex eod. Philosopho. Proinde satisfacturi officio & conscientie suae Lektionum descriptionem hic pandunt. Deus T. O. M. summus studiorum Mecenas & Moderator, huic docentium proposito, unà & discipulorum conatibus ex alta sua sede benedicat, labores utringq. benignissimà Divinitatis & Majestatis suae prosequatur aurà, qui cedant in Nominis ipsius gloriam, nostramq. salutem publicam & privatam! Gießæ sub Sig. Maj. Academiæ, Anno M. DC. LXVII.

IN FACULTATE THEOLOGICA.
 PETRUS HABERTORN, D. & Prof. P. in Lektionibus Theologicis prolegetur: Collegia aperiet five theoretica five practica pro habitu & desiderio auditorum.
 JOHANNES NICOLAUS MISLERUS, S. Theol. Doct. Eju. & Hebrae Ling. Profess. In vindicandis locis N. T. controverfis publicè, volente Deo, perget; privatim habitus Collegia Explicatorio - Disputatoria, adhibitis Hebraicis tum pro perfectioribus, si qui aduerint, tum pro tribus S. lingue.
 MICHAEL SIRIUS, S. S. Theol. D. & Profess. Ordin. publicè explicabit materiam de Communicatione Idiomaticum. Privatim aperiet Collegium Catacheticum. Disputatoriù.
IN FACULTATE JURIDICA.
 JOHANNES OTTO TABOR, D. Consil. Hasso. Darmstad. Academiae Cancellarius & Professor primarius, pro voto Dominorum Studiorum quartà Vice Encyclopediam Juris aggressus, in illo cubiculo, Deo favente, sine intercalatione perget; Ita ut simul Juris publici & Feudistici problemata ex ordine discursurus sit. Disputationes etiam casuarum criminalium continuabit, quoties se Respondentes in his vel aliis materiis dabunt.
 GREGORIUS TILSNERUS, U. J. D. Consiliarium Hasso. Darmstad. & Professor Ordinarius, DEO Trin. Uno sanitate benignè consovente, futuro semestri activo, explicationem Legum Codicis Justiniani, præceteris notabilium publicè continuabit.
 JACOBUS LEBLEU, P. J. D. & P. P. in ætivistis prælectionibus publ. Juridicis, præcipuos pandectarum Titulos, illustrioresq. eò pertinentes controversias, Deo clementer annuente, exponet, atque ab initio ad finem justo tempore deducet, notabilioresq. quas in summo Imperii tribunali moveri solent quaestiones, exponet.
 MARTINUS WILHELM, U. J. D. & Juris Canonici Professor, publicè aut privatim, ut constitutio corporis feret, Jus Canonice secundum ordinem judiciorum tractabit, & privatim Collegia Institutionum ac Pandectarum explicatoria & disputatoria, prout Dn. Studiosis commodum visum fuerit aperiet. In omnibus operam ac fidem suam, uti per plures annos, ita in posterum discere volentibus promittendo.
 HULDERICUS EYBENUS, Jur. D. & P. Ordin. V. D. publicè *titulum ff. ac Reg. Jur.* interpretari perget, privata ite collegia & Exercitia jurid. continuabit.

IN FACULTATE MEDICA.
 JOHANNES TACIUS, Philos. & Medicinae D. hujusque Professor Primarius & Archater Hasso. Darmstad. quousque in aula commorabitur, scriptis in publicum emittendis, consiliisque Medicis tam Hippocratico, quàm Hermetico & fonte depromendis, suam Philatrii præstabit operam. Ubi v. otium aulicum ipsi ad Academiam aperuerit viam non cessabit publicè privatimque pro Medicinæ Studioforum spe & expectatione suam indefessè prestare operam.
 LAURENTIUS STRAUSSUS, Med. D. & Profess. Ordin. Particulares Capitis Affectus publicè ita proponet, ut in casum & subiecti investigatione utilia anatomicorum recentium inventa simul observet: quoad v. remedium Forniculas non tam apparatus quàm selectum curet Privatos autem inter parietes, collegia examinatoria, sicuti hæc tenus, varia, imprimis, practica, instituet; iis insuper, qui vel disputando, vel consultando se exercere voluerint, fidem & diligentiam suam, Deo vitam concedente, probare studebit.
 MICHAEL NEYLAND, U. J. D. & Med. D. & Profess. Ordin. binos de septimana dies Plantarum doctrinæ impendet: Reliquis verdò duobus lectas ex Anatomicis Controversias à modernis motas tractabit, easq. privatos intra parietes ad Disputationem incudem revocabit, si Dn. Philatrii placuerit: Quod si alia Exercitia privata magis arriserint, desiderantibus suam quoque offert promptitudinem.
 HIERONYMUS NÖTEL, D. & Profess. Extraord. D. d. in medicament. officinal. explicatione perget publicè, Privatim, quo per præteritum hyemale tempus fecit filo & ordine, collegium instituit. med. explicatorium, examinatorium & disputatorium, veterum & neotericorum placitis accommodatum, continuabit.
IN FACULTATE PHILOSOPHICA.
 M. J. C. DIETERICHUS, saturum historicarumque è profanis Contulium actionibus prodidit, Historiam antiquitatis varia oratorii generis schemata proposuit; Subtorem & fructuosorem Sacræ Scripturæ, que quidem continet Res Judicium & Regum Judæorum in inanus sumet necedibus distinctum, quo per variarum rerum eruditionem declarabitur. In Græcis parallelismis, prout consuevit, ad linguæ promptitudinem adfecti auditores. Quæ hæc continuabit. Privata Collegia qui requiret, is habebit, Deo itate privatim audire Dni Studiosi voluerint, dispicient ipsi sejuvante & prosperante, cui debemus omnia.
 JACOBUS LEBLEU, U. J. D. & Prudentie Civilis Professor. Ordin. In prælectionibus publicis Politicis exponet hujus dominationis, negotia Religionis, officia Magistratuum

tam superiorum, quàm inferiorum, item quæ ad opes Reip. juræque scederum, pacis, belli, induciarumque pertinent. Collegia etiam privata instituet.
 KILIANUS RUDRAUFF, Ph. M. Org. & prim. Philo. phia Prof. Ord. & p. r. Pro-RECTOR, in publicis loco Organum explicabit Regulas acutissimi Dn. Stablii. Loco Metaphysicarum Lektionum tractabit incompendio Thomæ Q. Q. Scholasticas, quæ non purè fuerint Theologicæ, easque magis quasi recitando & enarrando quàm exponendo liberali subiciet epictifi. In privatis instituit Collegium Harmonicum explicatorium super quæst. Metaph. & Phys. Partis generalis, quæ hæc ex illis optime possunt judicari. Aldet & Logicum explicatorio - Disputatorium. Collegium publicum Philosophiæ Theologicæ, prosperante Deo, continuabit.
 M. JOHANNES WEISS, Mor. Prof. Ord. publicè legendo & disputando in Exeritationibus Edicis recognoscit perget; & simul Collegium Institutionum Moralium Vernulæ publico-privatum, si Dominis Studiosis ita visum fuerit, addet. Privatim verdò præter compendii alicujus Ethici declarationem unà Collegium aperiet Ethico-sacrum, in quo quaestiones Ethico-Theologicas illustriores ad calanù brevibus lineolis dictabit, dictatasq. latius postmodò explicabit.
 LAURENTIUS STRAUSSUS, Med. D. & Physic. Profess. Ordin. præcepta Philosophiæ naturalis, publicè explicabit Aristot. Recentiorum placita ita subinde subjuncturus, ut utrobique Veritatis potissimè ratio habeatur. Privatim v. Dn. Auditorum desiderio & captui suæ inserviendi horum studii promittudinem adcommodabit.
 PHILIPPUS LUDOVICUS HANNERENTUS, Orator. Prof. Ordin. quæ præterito nundino hyemali publicè Alexandrinæ Rhetoricæ præcepta dictavit, ea nunc, Deo vires sufficiente, ut cepit, ulterius explicabit. Privata duo collegia habuit, alterum duetonianum, quò Historici tradita mente eruditusq. antiquitatibus varia oratorii generis schemata proposuit; Substitit in medio Octavio; Alterum Discretorium, certis enuncedibus distinctum, quo per variarum rerum eruditionem ad linguæ promptitudinem adfecti auditores. Quæ hæc continuabit. Privata Collegia qui requiret, is habebit, Deo itate privatim audire Dni Studiosi voluerint, dispicient ipsi securum; ille operam diligenter pollicetur; & cum scribendam epistolaram methodum orationumque improvisò & subitò habendarum Collegium desiderant nonnulli vota illa pro cura muneris Deo annuente, explebit.